



## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Miracvlvm Primvm. Iudaeo Virginis clementia manus restitutae sunt, quas  
ami serat, ob illatam iniriam ipsius regienae corpori, dum eius funus  
efferretur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRACVLORVM  
VIRGINIS

LIBER: PRIMVS

AB. HERCVLE. VINCEMALA  
latine scriptus.

MIRACVLVM PRIMVM

*Iudaeo Virginis clementia manus restitutae sunt, quas amiserat, ob illatam iniuriam ipsius reginae corpori, dum eius funus efferretur.*



**A**M purissima, & candidissima Virginis anima ad coelum euolat; dū hīc in terris sanctissimi corporis funus moesti Apostoli, ac lugubres piē, sancteq; honestabant. Ausus est autem Hebraeus nefandas, & impuras manus sanctissimo feretro inijcere, ubi diuinū illud corpus continebatur, quod paruo post momento in coelum adsciscendum erat. Verū ille temeritatis tātae statim precium tulit, cui non aliter immanes, atq. impiae manus conciderunt; ac si eas robustissimus aliquis dedita opera defecuisset ad unum gladij ictum. Quare miser, quā graue piaculum admisisset, suo malo persensit; & ab ipsa pietatis parente detestabilis sceleris ueniam petens, illam coram hominib. coepit praedicare. Praeterea optimē intelligēs, quantopere eius nomen uerendū esset; continuo fassus est, illam

A Virgi-



Virginem immaculatissimam; atq. omnino mutatus, in eam laudes conferebat, quã prius ludibrio habuerat. Ipsa igitur, quae miserorũ p̄ces uocata audit, Hebraeo manus restituit; eidemq. christianae fidei lumẽ praetulit, cui frustra impij Haeretici tenebras ofundere conantur, & cuius lucem frustra scelesti praestringere studet. Veluti enim noctuae, perfidi latitant, ac miserẽ ingemiscunt, luce illa oblata, quã Christus in cruce excitauit; quae in castissima Virginis aluo effulsit, & qua omnia deniq. illustrantur.

## MIRAC. VIRG. II.

*Sanctẽ celebrandum esse conceptionis diem.*

**G**uilielmus Britanniae rex, audiens à Dacis maximum exercitum comparari, ut in Britanniam irrumperent, illuc Helfimum Abbatẽ summae sanctitatis uirũ legatum misit. Ille fideliter, & egregiẽ legatione, quam obierat, perfecta, pacisq; foederib. ietis, in patriam reditum parat. Nauim conscendens, idoneum, ac leniter flantem uetum nactus, mirifica maris tranquillitate, dimidiam ferẽ nauigationem confecerat; cum saeuissima tempestas repente coorta est. Quamobrem nulla salutis spes reliqua facta fuerat; sed transtris, antemnis, prora, maloq; disiectis, omnia mortem minabatur. Vidit ergo Helfimus in medio mari statim sibi oblatum uirum, cuius augusta erat, ac decora facies; quiq. habitum, & ornatum p̄tifici similem habebat. Is naufragiũ patientẽ forti,

bonoq.